tigerit mas:amabiles fieri·Ob hoc & phaonē leſbium dilectum a Sappho. Multæꝗ circa hanc non
magoꝝ ſolum uanitates:ſed etiam pythagoricorum.Sed in medio uſu præter ſupradicta auxiliatur
inflationibus:torminibus:cordis uitiis.ſtomacho:iocineri:præcordiſ: in aqua mulſa lieni ĩ poſca itē
ex mulſa renibus:ſtrangutiæ:opiſtothonicis:ſpaſmis:lũbis:hydropicis:comitialibꝰ:mulierũ menſi-
bus ſiue ſubſidant:ſiue abundent.uuluarũ omnibus uitiis.Extrahit infixa corpori cũ melle : ſtrumas
parotidas.panos:Recedentes ab oſſibus carnes ſanat cũ axungia ſalſa & cerato item fracturas.Crapu
lam præſumpta.arcet.aluũ ſiſtit:aliqui e noſtris ſub ſolſtitio colligi eam iuſſere : Ex aqua cæleſti ipo
ni omnibus ceruicis uitiis:oculorum quoꝗ albugines ſanare adalligatã tradiderunt:

De achano & glycyrrhiza & ſtomatice. cap.ix.

SVnt qui achanon erygio aſcribant ſpinoſam breuemꝗ ac latã hærbam ſpiniſꝗ latioribus:
Hanc impoſitã ſanguinem mire ſiſtere.alii eryngem falſo eandem putauerunt eſſe & gly-
cyrrhizamquare ſubiungi eam potinus refert.Et ipſa ſine dubio ĩter aculeatas ē:foliis echi
natis:pinguibus.tactuꝗ gummoſis:fructicoſa:binoꝝ cubitorũ altitudine.flore hyacinthi:fructu pi-
lulaꝝ platani magnitudinis.præſtãtiſſima in ciclia:ponto ſecunda:radice dulci.& hæc tantũ in uſu
capiturꝗ ea uergiliarum occaſu.longa ceu uitium.coloris buxei:meliorꝗ nigra:quæꝗ lēta ꝗ que fra
gilis.Vſus in ſubditis decocta ad tertias.cætero ad meliis craſſitudinē:aliquãdo &.tuſa.E quo generĩ
& uulneribus ĩponitur & faciũ uitiis oĩbus:itē uoci utiliſſimo ſucco ſic ut ſpiſſatus eſt:linguæ ſubdi
to.itē thoraci.iocineri.hac diximus ſitim famēꝗ ſedari.ob id quidã adipſon appellauere eam.& hy-
dropicis dedere:ne ſitirēt.ideo & cõmanducata ſtomatice eſt.& ulceribus oris inſperſa ſæpe & pteri-
giis.Sanat & ueſicæ ſcabiem.renũ dolores:condilomata:ulcera genitaliũ.Dedere eam quidã potui ĩ
quartanis drachmaꝝ duarum pondere & pipere:hemina aquæ.Cõmanducata ſanguinē ſiſtit. Sũt ꝗ
& calculos ea pelli tradiderunt.

De tribulo & generibus eius:& medicinis. cap.x.

TRibuli unũ genus in hortis naſcitur.alterũ in fluminibus tãtũ.Succus ex iis colligitur ad
oculoꝝ medicinas.Eſt enim refrigerantis naturæ:& ideo utilis cõtra inflãmationes colle
ctioneſꝗ.Vlcera per ſe erumpentia & præcipue in ore cũ melle ſanat:item tonſillas. potus
calculos frãgit.Thraces qui ad ſtrymona habitant foliis tribuli equos ſaginant.ipſi nucleo uiuũt pa
nē facientes prædulcē:& qui cõtrahit uentrē.Radix caſte pureꝗ collecta diſcutit ſtrumas ſemē adalli
gatũ uaricum dolores ſedat.Tritum uero & in aquam.ſparſum pulices necat.

De ſtoebe & medicinis eius. cap.xi.

STtoebe quã aliqui phleon uocant.decocta in uino præcipue auribus purulentis medetur:
item oculis ictu cruentatis.Hemorrhiæ quoꝗ & dyſenteriæ infuſa.

De hippophye & medicinis eius cap.xii.

HIppophyes in ſabuloſis maritimiſꝗ naſcit̃:ſpinis albis.hederæ modo racemoſa ē: cãdidis
& ex parte rubentibus acinis.Radix ſucco madet:qui aut per ſe cõditur:aut paſtillis fariæ
Hæc bilem detrahit obolo penderis ſalubberrime cũ mulſo.eſt altera hippope ſine caule ſi
ne flore:foliis tãtũ minutis.huius quoꝗ ſuccus hydropicis mire ꝑdeſt.Debēt accomodatæ eē equo
rũ naturæ:neꝗ ex aliis cauſis nomē accepiſſe.Quippe quædã animaliũ remediis naſcũt̃.locupleti di
uinitate ad gerēda ꝑſidia ut nõ ſit mirari ſatis ingeniũ eius diſponētis auxilia in genera in cãs.ĩ tē-
pora/ut aliis proſit atꝗ aliis ab horis:dieſꝗ nullus prope ſines præſidiis reperiatur.

De urtica & medicinis eius. cap.xiii.

VRtica quid eſt inuiſius põt.at illa præter oleũ quod in ægypto ex ea fieri diximus uel plu
rimis ſcatet remediis.Semen eiꝰ cicutæ contrariũ eſſe nicãder affirmat.itē fungis in argē
to uiuo.apollodorus & ſalamãdris cũ iure decoctæ teſtitudinis.itē aduerſari hyoſciamo
& ſerpentis.& ſcorpionibus Quin illa ipſa amaritudo mordax uuas ĩ ore procidenteſꝗ uuluas & ĩ
fantium ſedes tactu reſilire cogit.lethargicos expergiſcit tactis cruribus.magiſꝗ fronte. eadē canis
morſibus addito ſale medetur:Sanguinē trita naribus ĩdita ſiſtit & magis radice: Carcinõata & ſor
dida ulcera ſale admixta.itē luxata.Sanat & panos.parotidas.carnſeꝗ ab oſſibus recedentes. Semē
potũ cum ſapa uuluas ſtrangulantes aperit.& profluia nariũ ſiſtit impoſitũ. Vomitiones in aqua
mulſa ſumptũ a cœna faciles præſtat duobus obolis.Vno autem in uino poto laſſitudines recreat
Vuluæ uitiis toſtũ acetabuli menſura.potum in ſapa reſiſtit ſtomachi inflationibus.orthopnoicis
prodeſt cum melle & thoracem purgat eodē eclegmatē.& lateri medetur cũ ſemie lini. Addũt hy
ſopum & piperis aliquid.Illinitur lyeni:Difficilem uentrē toſtum cibo emollit.hippocrates uuluã
purgari poto eo pronunciat.Dolores leuari toſto acetabuli menſura dulci poto.& impoſito cũ ſuc
co maluæ.inteſtinoꝝ animalia pellit cũ hydromelitæ & ſale.Defluia capitis ſemine illito cohone-
ſtari Articularibꝰ morbis & podagricis plurimi cũ oleo uetere.aut folia cũ urſino adipe trita ĩponũt